AUTHOR:

JENNING, HELMUTH

TITLE:

DE METAMORPHOSIBUS L. APULEII, TUM DE IIS...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

[1867]

Master Negative #

93-81292-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Jenning, Helmuth

De Metamorphosibus L. Apuleii, tum de Apuleii episodiis tum de iis locis qui e Lucio Patrensi videntur translati esse. Disputatio de sententia Decanorum Universitatis Rostochiensis anno MDCCCLXVII ... scripsit Helmuth Jenning ... Lipsiae, ex officina Baeri et Hermanni [1867]

iv, 19 p. 27½ cm.

Contains text.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 14X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4/16/93 INITIALS BAP

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE

METAMORPHOSIBUS L. APULEII

TUM DE

APULEII EPISODIIS TUM DE IIS LOCIS QUI E LUCIO PATRENSI VIDENTUR TRANSLATI ESSE.

DISPUTATIO

DE SENTENTIA DECANORUM UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

ANNO MDCCCLXVII PRID. CAL. MART. PRAEMIO ORNATA.

SCRIPSIT

HELMUTH JENNING,
DR. PHIL.

LIPSIAE
EX OFFICINA BAERI ET HERMANNI.

Libris usus sum his:

Lucian's Werke, übers. von Wieland, 4. Thl. S. 212 u. 272 ff.
Cobet, variae lectiones p. 260 ff.
Teuffel, Abhdg. im Rhein. Mus. N. F. XIX. S. 243 ff.
Salmasius, Prolegomena in Solinum.
C. B. Hase in: Notices et extraits de manuscrits de la bibliothéque impériale, vol. IX, p. 125.

Apuleium Metamorphoses suas graeco ex fonte repetivisse ipse fatetur initio operis, sed num satiram illam Lucianeam secutus sit, quae *Λούκιος ἢ ὄνος* inscribitur, an Lucium illum Patrensem, quaestio est nondum, ut mihi quidem videtur, ad liquidum perducta. Lucium enim Patrensem quendam Photius (cod. 129 Bekk.) memorat idem argumentum quod Lucianum iisdem fere verbis tractasse. Sed hunc omnino exstitisse sunt qui praecise negent, Wielandius, Courierus, Teuffelius (l. l.), sed fidentius hi quidem, puto, agunt quam verius, ita enim argumentationem instituunt, ut Photii de utroque scriptore iudicio addubitato, statim totum Patrensem de medio tollant. Ac primum quidem quod Photius arbitratur Lucianum excerpsisse Patrensis Metamorphoses ut indignum Luciani ingenio respuunt. Sed num propterea Patrensis non fuit? Quid, si ipse Lucianum despoliavit? Sed excerpserit illum Lucianus: excerpti ratio quae fuerit Photius diserte indicat, cum dicit „*ὥσπερ ἀπὸ πλάτους τῶν Λουκίου λόγων ὁ Λουκιανὸς ἀπολεπτύνας καὶ περιελὼν ὅσα μὴ ἐδόκει πρὸς τὸν οἰκεῖον χρήσιμα σκοπόν*“ etc. et porro „*ὁ μὲν Λουκιανὸς σκώπτων καὶ διασύρων τὴν ἑλληνικὴν δεισιδαιμονίαν*“ etc. „*ὁ δὲ Λούκιος σπουδάζων τε καὶ πιστὰς νομίζων τὰς ἐξ ἀνθρώπων .. μεταμορφώσεις.*“ Aperte igitur id studuisse Lucianum ostendit, ut quae credulus ille pro veris narrasset, irrideret. Itaque mutavit aliqua, non modo excerpsit, et excerpsit quidem *πρὸς τὸν οἰκεῖον χρήσιμα σκοπόν*. Sed num hoc plagium est verba alicuius repetere, quae additis aut detractis aut mutatis quibusdam rideantur? nonne hoc satirae, difficillimum quidem, sed optimum genus? Ergo nihil in Lucianum criminis conferendum, et Photius aut ipse sibi non constans est aut rem non perspexit cum dicit Lucianum furatum esse (*τὸ ἐκεῖθεν ὑποσυληθέν*). At hic Teuffelius obiciet mihi, fieri non posse ut Photii de Patrensis credulitate iudicium credibile sit, dicit enim l. l. p. 252: „Die Behauptung, der Schriftsteller habe an die von ihm selbst erzählten Verwandlungen allen Ernstes geglaubt, klingt so ganz unglaublich, dass sie vielmehr auf das Urtheil und das Verständniss des Photius ein bedenkliches Licht wirft.“ Sed cur tandem aut Photius ita iudicare non debuit aut Patrensis talia credere non potuit tam superstitiosis praesertim temporibus? Quid? nonne ipse Vergilius, nonne Apuleius incantatores sunt habiti? Sed ut falsum hic sit Photii iudicium, num propterea Lucius Patrensis nullus fuit: Nonne tali argumentatione opus erat: hoc aut Photium aut quemquam alium de Patrensi aut de quoquam alio iudicare non est credibile, ergo locus ille Photii corruptus est? Erraverit igitur Photius, sed error nititur certa quadam re et excusationem habet. Sic scripsisse enim puto Patrensem, quasi pro veris haberet narrata; et quis hodieque fabularum auctor de fabula sua ipse se dubitare aut non credere prodit? Fidenter igitur eum narrare, non credulum Photius dicere debuit. Atque has eum nugas narrantem Graecis illo tempore superstitiosis ludit Lucianus satira non tam in universos Graecos quam in ipsum Patrensem scripta, itaque in eadem satira ipsi Lucio Patrensi omnia illa incredibilia accidunt, qua in re plerique offendunt Photiumque omnem de Lucio errorem inde duxisse putant. Sed hoc totum satirae genus abhorret a ceteris Luciani scriptis. Quidni? Post tot alia experimenta semel hoc modo illudit. At ne scripta quidem est a Luciano haec fabula, supposita est, serioris temporis notam prae se fert Graecitas, latini sermonis vestigia habet a Patrensi quidem impressa, sed non deleta, id quod Lucianus non neglexisset. Haec de satirae huius auctore sententia omnium est abusque Salmasio criticorum, quorum quidem de Luciani sermone et ingenio intelligens sit ac locuples iudicium, Cobetii, Fritzschii, Dindorfii. Causa igitur nulla est cur Patrensem aut exstitisse aut sic scripsisse negetur, ut Lucianus eum de credulitate, ficta nimirum, irridere posset.

Iam de Apuleio sequitur ut quaeramus, quemnam auctorem secutus sit, Lucianum an Lucium Patrensem. Ac facile quidem hac de re respondeatur, si quidem verum est quod modo dixi, satiram illam multo post Lucianum scriptam esse. Sed aliae quoque causae rem si non certam at probabilem efficiunt. Quam autem causam de temporum Apuleii et Luciani computatione Hildebrand (p. XXVII) profert, ea recte a Teuffelio explosa est. Sed si modo utriusque scriptoris libros legendi occasio Apuleio oblata fuit, veri similius est ad primum fontem eum quam ad derivatum rivulum rediisse, praesertim cum simili consilio quo Lucius Metamorphoses conscripserit. Nam ne Apuleius quidem satiram Metamorphoses scripsit, id quod plerique existimant, — ridicula quaedam narrat, sed non ludificandi causa sed animos recreandi. Metamorphosium enim consilium est ut demonstretur hominum pravos mores per quandam quasi metempsychosim purificatos, mysteriorum denique cultu ab omni vitio remotos secura atque beata vita frui. Sic recte me iudicare, probat et fabula de Amore et Psyche, et Metamorphosium totus liber undecimus et ubique inspersa episodia pravos hominum mores describentia, idque eo magis quod haec omnia maiorem totius operis locum occupant, quam mala Lucii in Asinum mutati. Tales autem mutationes fieri posse aut mysteriis docebatur aut usus est hac opinione Apuleius allegorice ut dicunt, respiciens doctrinam illam de metempsychosi quae ad mores pertinebat. Ridicula autem quaedam, concedo, exciderunt et Apuleio et Lucio, sed de asino difficile est satiram non scribere. Haec vero omnia intimum operis consilium non attingunt ac quasi sunt appendices tantum. Itaque et Apuleium ita scripsisse puto, tamquam vera illa essent miracula. Videtur igitur non Lucianum sed Lucium ipsum Patrensem compilasse usque ad titulum, nam ne pluralem quidem meret numerum una Metamorphosis.

Restat ut de singulis agamus. Atque episodia quidem, quae ut dictum est, plurima sunt, partim Patrensi Apuleium deprompsisse, partim aliunde habere, partim fortasse ipsum fabricatum esse coniicio, atque ea quidem quae lib. I et IX continentur Lucio eum debere reor propter verba Photii postrema, ex quibus elucere videtur plura illum de rebus miraculosis tradidisse quam quae repetat Lucianus. Finem autem operis Apuleius certo invenit, quamquam similiter hanc primam Metamorphosim finivisse Lucius videtur, quod demonstrat finis satirae Lucianeae, metempsychosim ut puto perstringentis. Ibi enim cum narretur asinum illum, postquam in Lucium rediisset, a muliere illa pruriginosa, quacum antea asinios coitus sustinuerat, propter penem humanum despectum nudumque in coenosam plateam esse detrusum, aperte sic fere Patrensis scripserat: Lucium post tot in asini facie exantlatos labores tam castis fuisse moribus ut omnem Venerem spreverit ideoque vita secura ac beata fructus sit. Pseudo-Lucianus contra nihil mutationem illam (metempsychosim) ad emendandos Lucii mores valuisse ostendit, nam in pristinas cupiditates rursum incidisse Lucium, ob eamque rem poenam eum facit solventem ridiculam et solventem quidem propterea quod nimium etiamtum humani retinuerit. Metempsychosim igitur attigisse Patrensem recte iudicare mihi videor, mysteria autem num idem in fine fabulae, ut Apuleiius, adhibuerit, ad diiudicandum est difficile. Denique magnum illud de Amore et Psyche episodium num ab eodem Lucio habeat, in incerto relinquendum, quod quidem, mysteriis traditum, verisimile est ab Apuleio esse enuntiatum et multis quidem in rebus commutatum. Sed quae de asino illo, et ridicula non numquam, narrat, ea paene ad verbum Lucio Patrensi furatus est. Nam ut e satira Lucianea patet, omnes fabulae partes eodem ordine modoque apud utrumque scriptorem narrabantur, nisi quod ad melius singula adaptanda episodia nonnulla mutasse Apuleius videtur, quae tamem mutationes non tam rerum ipsarum quam verborum sunt ac si totum opus respicias levissimae. Uberius autem cum plerumque res describat Apuleius, dubium est quam multa omiserit Lucianus (?) de iis quae apud Patrensem invenit, plura enim fortasse ab eo sumsit Apuleius quam quae exstant apud Lucianum. Interdum etiam satira Lucianea copiosior est, qua de re item est quaestio difficilis. Atque non solum similiter sed saepe etiam iisdem verbis narrant et Apuleius et Lucius Patrensis, quo fit ut multa quae in illius sermone tamquam Africanum quid redolentia reprehendant viri docti, vitio vertendum sit Patrensi. Nam de huius quidem dicendi genere Photii perversum est iudicium (ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφής τε καὶ φίλος γλυκύτητος καὶ καθαρός) id quod ex iis apparet quae Lucianus cum Apuleio communia habet, nam ea verba Patrensis sunt, de quorum Graecitate vide Cobetium (l. l.). Haec vero quam sint multa ut intelligatur, hic singulos et Apuleii et Luciani, Lucii illius partes acturi, in unum conspectum conferam.

Lucianus. ed. Jacobitz. apud. Teubn.

Vol. II p. 330.

1. Ἀπῄειν ποτὲ ἐς Θετταλίαν· ἦν δέ μοι πατρικόν τι συμβόλαιον . . ἵππος δέ με κατῆγε . . καί πως ἔτυχον καὶ ἄλλοι ἀπιόντες ἐς Ὕπατα . . καὶ ἁλῶν ἐκοινωνοῦμεν καὶ οὕτω τὴν ἀργαλέαν ὁδὸν ἀνύσαντες πλησίον ἤδη τῆς πόλεως ἦμεν κἀγὼ ἠρόμην . . εἴπερ ἐπίστανται . . Ἵππαρχον . . οἱ δὲ εἰδέναι τὸν Ἵππαρχον τοῦτον ἔλεγον καὶ ὅπη τῆς πόλεως οἰκεῖ καὶ ὅτι ἀργύριον ἱκανόν ἔχει καὶ ὅτι μίαν θεράπαιναν τρέφει καὶ τὴν αὑτοῦ γαμέτην μόνας· ἔστι γὰρ φιλαργυρώτατος δεινῶς . . ἐπεὶ δὲ πλησίον τῆς πόλεως ἐγεγόνειμεν, κῆπός τις ἦν καὶ ἔνδον οἰκίδιον ἀνεκτόν . . 2. . . κόπτω προσελθὼν τὴν θύραν καὶ μόλις μεν καὶ βραδέως, ὑπήκουσε δὸῦν ἡ γυνή, εἶτα καὶ προῆλθεν. ἐγὼ μὲν ἠρόμην εἰ ἔνδον εἴη ὁ Ἵππαρχος. Ἔνδον, ἔφη· σὺ δὲ τίς ἢ τί βουλόμενος πυνθάνῃ; Γράμματα ἥκω κομίζων αὐτῷ παρὰ Δεκριανοῦ τοῦ Πατρέως σοφιστοῦ. Μεῖνόν με, ἔφη, αὐτοῦ, καὶ τὴν θύραν συγκλείσασα ᾤχετο εἴσω πάλιν· καί ποτε ἐξελθοῦσα κελεύει ἡμᾶς εἰσελθεῖν. κἀγὼ δὲ παρελθὼν εἴσω ἀσπάζομαι αὐτὸν καὶ τὰ γράμματα ἐπέδωκα. ἔτυχε δὲ ἐν ἀρχῇ δείπνου ὢν καὶ κατέκειτο ἐπὶ κλινιδίου στενοῦ, γυνὴ δὲ αὐτοῦ καθῆστο πλησίον, καὶ τράπεζα μηδὲν ἔχουσα παρέκειτο. ὁ δὲ ἐπειδὴ τοῖς γράμμασιν ἐνέτυχεν, Ἀλλ᾽ ὁ μὲν φίλτατος ἐμοί, ἔφη, . . . Δεκριανὸς εὖ ποιεῖ καὶ θαῤῥῶν πέμπει παρ᾽ ἐμοὶ τοὺς ἑταίρους τοὺς ἑαυτοῦ· τὸ δὲ οἰκίδιον τὸ ἐμὸν ὁρᾷς . . . ὡς ἔστι μικρὸν μέν, ἀλλὰ εὔγνωμον τὸν οἰκοῦντα ἐνεγκεῖν· ποιήσεις δὲ αὐτὸ σὺ μεγάλην οἰκίαν ἀνεξικακῶς οἰκήσας. καὶ καλεῖ τὴν παιδίσκην, Ὦ Παλαίστρα, δὸς τῷ ἑταίρῳ κοιτῶνα καὶ κατάθες λαβοῦσα εἴ τι κομίζει σκεῦος, εἶτα πέμπε αὐτὸν εἰς βαλανεῖον· οὐχὶ γὰρ μετρίαν ἐλήλυθεν ὁδόν. 3. . . . ἀπῄειμεν λουσόμενοι δόντες αὐτῇ κριθιδίων τιμὴν εἰς τὸν ἵππον· ἡ δὲ πάντα ἔφερε λαβοῦσα καὶ κατέθηκεν. ἡμεῖς δέ ἀναστρέψαντες λουσάμενοι εἴσω εὐθὺς παρήλθομεν, καὶ ὁ Ἵππαρχός με δεξιωσάμενος ἐκέλευε συνανακλίνεσθαι μετ᾽ αὐτοῦ . . ἐπεὶ δὲ ἐδεδειπνήκειμεν πότος ἦν καὶ

Apuleii Metam. ed. Hildebrand.

Lib. I cap. II. Thessaliam . . ex negotio petebam . . equo . . vehens . . duobus comitibus tertium me facio . . . XX . . asperam denique ac . . prolixam viam sine labore . . . evasi. XXI . . Ego . . . percontor . . . Nostine Milonem quendam . . . ? . . . Et vero, inquit, . . . Milo qui extra pomoerium et urbem totam colit . . . Inibi iste Milo deversatur ampliter nummatus et longe opulentus, verum extremae avaritiae . . exiguo Lare inclusus . . . cum uxorem etiam calamitatis comitem habeat. Neque praeter unam pascit ancillulam.

XXII. Et . . . ostium accedo et ianuam . . . pulsare . . . incipio. Tandem . . . adulescentula . . . procedens [:Heus tu, inquit, sub qua specie mutuari cupis?] . . . inquam responde an intra aedes herum tuum offenderim? Plane, inquit sed quae causa est quaestionis huius? Litteras ei a Corintho Demea scriptas ad eum reddo. Dum annuntio, inquit, hic ibidem me opperiminor. Et cum dicto rursum foribus oppessulatis se intro capessivit. Modico deinde regressa . . . Rogat te, inquit. Intuli me eumque accubantem exiguo admodum grabatulo et commodum coenare incipientem invenio. Adsidebat pedes eius uxor et mensa vacua posita . . . illico ei litteras Demeae trado. Quibus . . . lectis: Amo, inquit, meum Demeam qui mihi tantum conciliavit hospitem. XXIII . . . brevitatem gurgustioli nostri ne spernas peto . . . Fac libenter diverseris in nostro. Nam . . . maiorem domum dignitate tua feceris . . . Et vocata ancillula: Fotis, inquit, sarcinulas hospitis susceptas cum fide conde in illud cubiculum . . . et hospitem meum produc ad proximas balneas: satis arduo itinere . . . fatigatus est.

XXIV . . . equo . . foenum atque hordeum acceptis istis nummulis tu, Fotis, emito. His actis et rebus illis in cubiculo conditis pergens ipse ad balneas . . . [forum Cupidinis peto.] — . . . XXV . . lautusque ad hospitium Milonis . . me reporto. XXVI Et ecce Fotis ancilla: Rogat te, inquit, . . Percontatur (Milo) . . . causas peregrinationis meae . . . Evasi ali-

λόγος . . καὶ ἐκοιμήθημεν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὁ Ἵππαρχος ἤρετό με τίς μὲν ἔσται ἡ νῦν μοι ὁδός . . .
4. . . . ἐπεθύμουν δὲ σφόδρα . . θεάσασθαί τι παράδοξον ἢ πετόμενον ἄνθρωπον ἢ λιθούμενον. καὶ τῷ ἔρωτι τῆς θέας ταύτης δοὺς ἐμαυτὸν περιῄειν τὴν πόλιν, ἀπορῶν μὲν τῆς ἀρχῆς τοῦ ζητήματος, ὅμως δὲ περιῄειν. κἀν τούτῳ γυναῖκα ὁρῶ προσιοῦσαν . . εὐπορουμένην, ὅσον ἦν ἐκ τῆς ὁδοῦ συμβαλεῖν· ἱμάτια γὰρ ἀνθινὰ καὶ παῖδες συχνοὶ καὶ χρυσίον περιττόν . . προσαγορεύει με ἡ γυνή . . Ἐγὼ Ἄβροιά εἰμι, εἴ τινα τῆς σῆς μητρὸς φίλην ἀκούεις . . τί οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλύεις; . . Ἀλλὰ σοὶ μὲν, ἔφην, πολλὴ χάρις, αἰδοῦμαι δὲ οὐδὲν ἀνδρὶ φίλῳ ἐγκαλῶν ἔπειτα φεύγων τὴν ἐκείνου οἰκίαν· ἀλλὰ τῇ γνώμῃ κατάγομοι παρὰ σοί . . ἡ δέ με . . ἄγει ἀπωτέρω καὶ λέγει πρὸς ἐμὲ, φυλάττου μοι, ἔφη, τὴν Ἱππάρχου γυναῖκα πάσῃ μηχανῇ, μάγος γάρ ἐστι δεινὴ καὶ μάχλος καὶ πᾶσι τοῖς νέοις ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμόν· καὶ εἰ μή τις ὑπακούσῃ αὐτῇ, τοῦτον τῇ τέχνῃ ἀμύνεται, καὶ πολλοὺς μετεμόρφωσεν εἰς ζῷα, τοὺς δὲ τέλεον ἀπώλεσεν· σὺ δὲ καὶ νέος εἶ . . . καὶ καλός, ὥστε εὐθὺς ἀρέσαι γυναικί.

5. . . . ἐγὼ δὲ πυθόμενος ὅτι τὸ πάλαι μοι ζητούμενον οἴκοι παρ' ἐμοὶ κάθηται, προσεῖχον οὐδὲν αὐτῇ ἔτι. ὡς δέ ποτε ἀφείθην, ἀπῄειν οἴκαδε λαλῶν πρὸς ἐμαυτὸν ἐν τῇ ὁδῷ, ἄγε δὴ σὺ ὁ φάσκων ἐπιθυμεῖν ταύτης τῆς παραδόξου θέας, ἔγειρέ μοι σεαυτὸν καὶ τέχνην εὕρισκε σοφὴν, ᾗ τεύξῃ ὧν ἐρᾷς, καὶ ἐπὶ τὴν θεράπαιναν τὴν Παλαίστραν ἤδη ἀποδύου — τῆς γὰρ γυναικὸς τοῦ ξένου καὶ φίλου πόῤῥω ἵστασο — . . . καὶ ταῦτα λέγων πρὸς ἐμαυτὸν εἰσῄειν οἴκαδε. τὸν μὲν οὖν Ἵππαρχον οὐ κατέλαβον ἐν τῇ οἰκίᾳ οὐδέ τήν ἐκείνου γυναῖκα, ἡ δὲ Παλαίστρα τῇ ἑστίᾳ παρήδρευε δεῖπνον ἡμῖν εὐτρεπίζουσα.

6. κἀγὼ . . Ὡς εὐρύθμως, ἔφην, ὦ καλὴ Παλαίστρα, τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ὁμοῦ συμπεριφέρεις . . . μακάριος ὅστις ἐνταῦθα ἐνεβάψατο. ἡ δέ, σφόδρα γὰρ ἦν ἰταμὸν καὶ χαρίτων μεστόν τὸ κοράσιον — Φεύγοις ἄν, εἶπεν, ὦ νεανίσκε, εἴ γε νοῦν ἔχοις . . ὡς πολλοῦ πυρὸς . . μεστά· ἢν γὰρ αὐτοῦ μόνον ἅψῃ, τραῦμα ἔχων πυρίκαυτον αὐτοῦ μοι παρεδρεύσεις, θεραπεύσει δέ σε οὐδεὶς ἀλλ' οὐδὲ θεὸς ἰατρός, ἀλλ' ἡ κατακαύσασά σε μόνη ἐγώ . . Respondet Lucius: ὥστε πρὸς θεῶν ἴασαί με καί με ἤδη ἀπεσφαγμένον λαβοῦσα δεῖρε . . ἡ δὲ . . ἐμὴ τὸ λοιπὸν ἦν, καὶ συνέκειτο ἡμῖν, ὅπως ἐπειδὰν κατακοιμίσῃ τοὺς δεσπότας, ἔλθῃ εἴσω παρ' ἐμὲ καὶ καθευδήσῃ.

7. κἀπειδὴ ἀφίκετο ὁ Ἵππαρχος, λουσάμενοι

quando . . . convivium . . . Et in cubiculum reversus . . quieti me reddidi. Lib. II. cap. I. Ut primum . . . sol diem fecit . . . cupidus cognoscendi quae rara miraque sunt . . . et voto simul et studio singula considerabam . . ut . . lapides . . de homine duratos et aves . . indidem plumatas . . crederem . . . II Sic . . nullo . . initio . . cupidinis reperto, cuncta circuibam . . Et ecce mulierem . . frequenti stipatam famulatione ibidem gradientem . . comprehendo. Aurum in comis et tunicis . . matronam confitebatur . . III Et adiecit (matrona): Ego sum Byrrhaena illa, cuius forte saepicule nomen inter tuos educatores frequentatum retines. Accede itaque hospitium fiudcia . . . Absit, inquam, . . . ut Milonem hospitem sine ulla querela deseram . . Quotiens itineris huius (ite?)-ratio nascetur . . . apud te devertar. V . . . et ceteros omnes . . . decedere praecipit . . inquit . . . Cave tibi a malis artibus et facinorosis illecebris Pamphiles illius quae cum Milone nupta est. Maga est primi nominis . . Nam simul quemquam conspexerit speciosae formae iuvenem, venustate eius sumitur et illico in eum et oculum et animum detorquet . . . Tunc minus morigeros . . in . . quodvis animal . . reformat, alios vero prorsus exstinguit . . tu per aetatem et pulcritudinem capax eius es . . . VI At ego . . ut primum artis magicae optatum nomen audivi . . a cautela Pamphiles abfui . . Festinus denique . . ad Milonis hospitium . . evolo. Ac dum . . celero vestigium: Age, inquam, o Luci, evigila et tecum esto. Habes exoptatam occasionem et voto diutino poteris fabulis miris explere pectus . . a nexu quidem venerio hospitis tuae tempera . . . Verum enimvero Fotis famula petatur enixe . . VII Haec mecum disputans fores Milonis accedo . . Nec tamen domi Milonem vel uxorem eius offendo, sed tantum caram meam Fotidem: suis dominis parabat isicium . . et tandem ad illam: Quam pulcre . . inquam, Fotis mea, ollulam istam cum natibus intorques . . ? Felix at certius beatus cui permiseris illuc digitum intingere. Tunc illa lepida . . et dicacula puella: Discede, inquit, . . quam procul a meo foculo, discede. Nam si te vel modice meus igniculus afflaverit, ureris intime nec ullus exstinguet ardorem tuum nisi ego . . . X . . Quid istic, inquam, est . . cum sim paratus vel uno saviolo interim recreatus super istum ignem porrectus assari . . Ad haec illa . . : Bono animo esto, inquit. Nam ego tibi mutua voluntate mancipata sum . . prima face cubiculum tuum adero . . XI . . Diem ceterum lavacro ac dein coenae dedimus. Nam Milonis boni . . mensam . . accubueram . . XV . . Et tandem . . aio: . . da veniam, maturius concedam cubitum.

ἐδειπνοῦμεν . . εἶτα τοῦ ὕπνου καταψευσάμεος ἀνίσταμαι καὶ ἔργῳ ἀπῄειν ἔνθα ᾤκουν. πάντα δὲ τὰ ἔνδον εὖ παρεσκεύαστο· τῷ μὲν παιδὶ ἔξω ὑπέστρωτο, τράπεζα δὲ κλίνῃ παρειστήκει ποτήριον ἔχουσα· καὶ οἶνος αὐτοῦ παρέκειτο καὶ ὕδωρ ἕτοιμον καὶ ψυχρὸν καὶ θερμόν . . .

8. ἡ δὲ ἐπειδὴ κατέκλινε τὴν δέσποιναν, σπουδῇ παρ' ἐμὲ ἧκε, καὶ ἦν εὐφροσύνη τὸν οἶνον ἡμῶν καὶ τὰ φιλήματα προπινόντων ἀλλήλοις . . .

9. ἡ δὲ ἀποδυσαμένη τὴν ἐσθῆτα καὶ στᾶσα ὅλη γυμνὴ ἔνθεν ἤρξατο ἐπιτάττειν . . .

11. Ἐν τοιαύταις ἡδοναῖς καὶ παιδιαῖς παλαισμάτων ἀγωνιζόμενοι νυκτερινοὺς ἀγῶνας ἐστεφανούμεθα, καὶ ἦν πολλὴ ἐν τούτῳ τρυφή . . καί ποτε . . φημὶ πρὸς αὐτήν, Ὦ φιλτάτη, δεῖξόν μοι μαγγανεύουσαν ἢ μεταμορφουμένην τὴν δέσποιναν· πάλαι γὰρ τῆς παραδόξου ταύτης θέας ἐπιθυμῶ . . . οἶμαι δὲ καί σὲ οὐκ ἀπείρως τῆσδε τῆς τέχνης ἔχειν· τοῦτο δὲ οὐ παρ' ἑτέρου μαθών, ἀλλὰ παρὰ τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς λαβὼν οἶδα, ἐπεί με τὸν πάλαι ἀδαμάντινον ὡς ἔλεγον αἱ γυναῖκες . . τῇ τέχνῃ ταύτῃ αἰχμάλωτον ἔχεις . . ἡ δὲ Παλαίστρα, . . φησί, . . ἐγὼ δὲ, ὦ φίλτατε, τούτων μὲν οἶδα οὐδὲν . . καὶ ἡ δέσποινα βάσκανος οὖσα τυγχάνει εἰς τὴν αὑτῆς τέχνην· εἰ δέ μοι καιρὸς ἐπιτρέψοι, πειράσομαι παρασχεῖν σοι . . .

12. ἡμέραις δὲ ὕστερον οὐ πολλαῖς ἀγγέλλει πρός με ἡ Παλαίστρα ὡς ἡ δέσποινα αὐτῆς μέλλοι ὄρνις γενομένη πέτεσθαι πρὸς τὸν ἐρώμενον . . . κἀπειδὴ ἑσπέρα ἦν, ἄγει με λαβοῦσα πρὸς τὴν θύραν τοῦ δωματίου . . . καὶ κελεύει με προσάγειν ὀπῇ τινι τῆς θύρας λεπτῇ καὶ σκοπεῖν τὰ γενόμενα ἔνδον. ὁρῶ μὲν οὖν γυναῖκα ἀποδυομένην. εἶτα γυμνὴ τῷ λύχνῳ προσελθοῦσα καὶ χόνδρους δύο λαβοῦσα τὸν μὲν λιβανωτὸν τῷ πυρὶ τοῦ λύχνου ἐπέθηκε καὶ στᾶσα πολλὰ τοῦ λύχνου κατελάλησεν· εἶτα κιβώτιον ἁδρὸν ἀνοίξασα, πάνυ πολλὰς ἔχον πυξίδας ἐν αὐτῷ, ἔνθεν ἀναιρεῖται καὶ προφέρει μίαν . . . ἐκ τούτου λαβοῦσα χρίεται ὅλη, ἀπὸ τῶν ὀνύχων ἀρξαμένη τῶν κάτω, καὶ ἄφνω πτερὰ ἐκφύεται αὐτῇ, καὶ ἡ ῥὶν κερατίνη καὶ γρυπὴ ἐγένετο . . . καὶ ἦν ἄλλο οὐδὲν ἢ κόραξ νυκτερινός. ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἑαυτὴν ἐπτερωμένην κρώξασα δεινὸν . . ᾤχετο ἔξω τῆς θυρίδος.

13. ἐγὼ δὲ ὄναρ ἐκεῖνο οἰόμενος ὁρᾶν τοῖς δακτύλοις τῶν ἑαυτοῦ βλεφάρων ἡπτόμην, οὐ πιστεύων τοῖς ἐμαυτοῦ ὀφθαλμοῖς οὔθ' ὅτι βλέπουσιν οὔθ' ὅτι ἐγρηγόρασιν. ὡς δὲ μόλις καὶ βραδέως ἐπείσθην ὅτι μὴ καθεύδω, ἐδεόμην τότε τῆς Παλαίστρας πτερῶσαι κἀμὲ καὶ χρίσασαν ἐξ

Et . . facesso et cubiculum meum contendo. Atque illic deprehendo epularum dispositiones satis concinnas. Nam et pueris extra limen . . humi quam procul distratum fuerat et grabatulum meum adstitit mensa coenae . . reliquias tolerans et calices boni iam infuso latice semipleni solam temperiem sustinentes. XVI Commodum cubueram et ecce Fotis . . iam domina cubitum reddita lecto proximat . . Ac me . . deosculato . . poculum . . porrigit bibam . . ac relictum sorbillat . . et . . inter nos . . frequens alternat poculum . . XVII Nec mora cum . . laciniis cunctis . . renudata . . : Proeliare, inquit . . His et huiusmodi colluctationibus ad confinia lucis usque pervigiles egimus, poculis . . voluptatem integrantes. Ad cuius noctis exemplar similes adstruximus plusculas . . Lib. III. cap. XIX . . praesta quod summis votis expostulo et dominam tuam cum aliquid huius divinae disciplinae molitur, ostende . . certe eam reformatam videam. Sum namque coram magiae noscendae ardentissimus cupitor, quamquam mihi nec ipsa tu videare rerum rudis et expers. Scio istud . . cum semper alioqui spretorem matronalium amplexuum sic . . in servilem modum addictum . . teneas . . XX Quam vellem, respondit illa, praestare tibi quod cupis, sed propter invidos mores in solitudinem semper abstrusa . . solet . . secreta perficere. Sed . . observatis opportunis temporibus sedulo perficiam . . . XXI . . transactis . . paucis noctibus . . Fotis . . indicat . . dominam suam nocte proxima sese plumaturam atque ad suum cupitum sic devolaturam . . Iamque circa primam noctis vigiliam ad illud superius cubiculum . . me perducit ipsaque per rimam ostiorum quampiam iubet arbitrari quae sic gesta sunt. Iam primum omnibus laciniis se devestit Pamphile et arcula quadam reclusa pyxidas plusculas inde depromit, de quis unius operculo remoto atque indidem egesta unguedine diuque palmulis suis adfricata ab imis unguibus sese totam adusque summos capillos perlinit, multumque cum lucerna secreto collocuta membra tremulo succussu quatit. Quis leviter fluctuantibus promicant molles plumulae . . . duratur nasus incurvus, coguntur ungues adunci. Fit bubo Pamphile. Sic edito stridore querulo . . . forinsecus totis alis volat . . XXII At ego . . praesentis . . facti stupore defixus . . vigilans somniabar; defrictis adeo diu pupulis an vigilarem scire quaerebam. Tandem . . arrepta manu Fotidis . . : . . oro te, inquam, . . impartire nobis unctulum indidem . . ac perfice, ut . . pinnatus asssistam tibi . . XXIV . . irrepit cubiculum et pyxidem depromit arcula . . . . abiectis . . lacimiis totis . . . et haurito plusculo

ἐκείνου τοῦ φαρμάκου ἐᾶσαι πέτεσθαί με· .. ἡ δὲ τὸ δωμάτιον ὑπανοίξασα κομίζει τὴν πυξίδα. ἐγὼ δὲ σπεύδων ἤδη ἀποδύσας χρίω ὅλον ἐμαυτὸν καὶ ὄρνις μὲν οὐ γίγνομαι .. ἀλλά μοι οὐρὰ ὄπισθεν ἐξῆλθε, καὶ οἱ δάκτυλοι πάντες ᾤχοντο ... ὄνυχας δὲ τοὺς πάντας τέσσαρας εἶχον καὶ τούτους οὐδὲν ἄλλο ἢ ὁπλάς, καί μοι αἱ χεῖρες καὶ οἱ πόδες κτήνους πόδες ἐγένοντο, καὶ τὰ ὦτα δὲ μακρὰ καὶ τὸ πρόσωπον μέγα. ἐπεὶ δὲ κύκλῳ περιεσκόπουν, αὐτὸν ἑώρων ὄνον, φωνὴν δὲ ἀνθρώπου ἐς τὸ μέμψασθαι τὴν Παλαίστραν οὐκέτι εἶχον. τὸ δὲ χεῖλος ἐκτείνας κάτω καὶ αὐτῷ δὴ τῷ σχήματι ὡς ὄνος ὑποβλέπων ἠτιώμην αὐτήν, ὅση δύναμις, ὄνος ἀντὶ ὄρνιθος γενόμενος.

14. ἡ δὲ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τυψαμένη τὸ πρόσωπον, Τάλαινα, εἶπεν, ἐγώ, μέγα εἴργασμαι κακόν· σπεύσασα γὰρ ἥμαρτον ἐν τῇ ὁμοιότητι τῶν πυξίδων ... ἀλλὰ θάρρει μοι, ὦ φίλτατε· ῥάστη γὰρ ἡ τούτου θεραπεία· ῥόδα γὰρ μόνα εἰ φάγοις, ἀποδύσῃ μὲν αὐτίκα τὸ κτῆνος, τὸν δὲ ἐραστήν μοι τὸν ἐμὸν αὖθις ἀποδώσεις ... ὄρθρου δὲ δραμοῦσα οἴσω σοι ῥόδα καὶ φαγὼν ἰαθήσῃ ..

15. ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ὄνος ἤμην, τὰς δὲ φρένας καὶ τὸν νοῦν ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ Λούκιος .. πολλὰ οὖν κατ' ἐμαυτὸν μεμψάμενος τὴν Παλαίστραν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ δακὼν τὸ χεῖλος ἀπῄειν ἔνθα ἠπιστάμην ἑστῶτα τὸν ἐμαυτοῦ ἵππον καὶ ἄλλον ἀληθινὸν ὄνον τὸν Ἱππάρχου, οἱ δὲ αἰσθόμενοί με εἴσω παριόντα, δείσαντες μὴ τοῦ χόρτου κοινωνὸς αὐτοῖς ἐπεισέρχομαι, τὰ ὦτα κατακλίναντες ἕτοιμοι ἦσαν τοῖς ποσὶν ἀμύνειν τῇ γαστρί ...

16. ἐπεὶ .. ἦν ἤδη νὺξ βαθεῖα .. ψοφεῖ μὲν ἔξωθεν ὁ τοῖχος ὡς διορυττόμενος .. καὶ εὐθὺς ἄνθρωπος .. παρῄει καὶ ἄλλος ὁμοίως, καὶ πολλοὶ ἔνδον ἦσαν καὶ πάντες εἶχον ξίφη. εἶτα ... τὴν οἰκίαν ἐκένουν τά τε χρήματα .. καὶ τὰ σκεύη κομίζοντες ἔξω ... ἐμέ τε καὶ τὸν ἄλλον ὄνον καὶ τὸν ἵππον ἐπέσαξαν, ἔπειτα ὅσα ἐβάστασαν ἐπικατέδησαν ἡμῖν. καὶ οὕτως μέγα ἄχθος φέροντας ἡμᾶς ξύλοις παίοντες ἤλαυνον εἰς τὸ ὄρος ... ἐγὼ δὲ ἀνυπόδητος ... πέτραις ὀξείαις ἐπιβαίνων, τοσαῦτα σκεύη φέρων ἀπωλλύμην .. ἐπεὶ δὲ πολλάκις ὦ Καῖσαρ ἀναβοῆσαι ἐπεθύμουν, οὐδὲν ἄλλο ἢ ὠγκώμην, καὶ τὸ μὲν ὦ μέγιστον καὶ εὐφωνότατον ἐβόων, τὸ δὲ Καῖσαρ οὐκ ἐπηκολούθει. ἀλλὰ μὴν καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ἐτυπτόμην ..

17. ἐπὶ τούτῳ ἡμέρα τε ἤδη ἦν, καὶ ἡμεῖς ὄρη πολλὰ ἀνεβεβήκειμεν καὶ στόματα δὲ ἡμῶν δεσμῷ ἐπείχετο, ὡς μὴ περιβοσκόμενοι τὴν ὁδὸν

uncto corporis mei membra perfricui ... Nec ullae plumulae ... sed plane pili mei crassantur in setas et cutis tenella duratur in corium et in extimis palmulis perdito numero toti digiti coguntur in singulas ungulas et de spinae meae termino grandis cauda procedit. Iam facies enormis et os prolixum ... et labiae pendulae. Sic et aures immodicis horripilant auctibus ... XXV Ac dum ... cuncta corporis mei considerans non avem me sed asinum video, querens de factu Fotidis, sed iam humano gestu simul et voce privatus, ... deiecta labia, humidis tamen oculis respiciens ad illam tacitus expostulabam. Quae ... percussit faciem suam manibus infestis et: Occisa sum misera, clamavit. Me trepidatio simul .. et pyxidum similitudo decepit. Sed bene quod facilior reformationis huius medela suppeditat. Nam rosis tantummodo demorsitatis exibis asinum, statimque in meum Lucium postliminio redibis .... Sed primo diluculo remedium festinabitur tibi. XXVI ... Ego vero quamquam perfectus asinus et pro Lucio iumentum sensum tamen retinebam humanum. Diu denique ac multum mecum ipse deliberavi an nequissimam ... feminam illam ... necare deberem. Sed ab incepto ... melior me sententia revocavit ... Deiecto itaque et quassanti capite ... ad equum in stabulum concedo ubi alium etiam Milonis asinum ... inveni ... Sed praeclarus ille vector meus cum asino conferunt capita ... et verentes ... cibariis vix me praesepio videre proximantem, deiectis auribus ... infestis cal^ibus insequuntur; ... sonitu vehementi ... percussis ianuis ... XXVIII ... vi patefactis aedibus globus latronum invadit omnia ... cuncti gladiis ... instructi .. totas opes vehunt ... Tunc ... nos duos asinos et equum meum productos .. quantum possunt gravioribus sarcinis onerant, et domo iam vacua ... baculis exigunt .. (et) nos crebra tundentes per avia montium ducunt concitos. XXIX Iamque rerum tantarum pondere et montis ardui vertice et prolixo satis itinere nihil a mortuo differebam ... nomen augustum Caesaris invocare tentavi et O quidem tantum disertum ac validum clamitavi, reliquum autem Caesaris nomen enuntiare non potui. Aspernati latrones clamorem .. caedentes ... corium nec cribris idoneum relinquunt. — Cum .. iam luce clarissima villulas .. praeterimus, hortulum ... prospexi ... in quo .. rosae .. florebant. Dumque iam labiis .. affecto, consilium me subit salubrius ne si rursum .. prodirem in Lucium evi-

ἐς τὸ ἄριστον ἀναλίσκοιμεν· *) ὥστε ἐς τὴν τότε καὶ ἔμεινα ὄνος. ἐπεὶ δὲ ἦν αὐτὸ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας, καταλύομεν εἴς τινα ἔπαυλιν συνήθων ἐκείνοις ἀνθρώπων, ὅσον ἦν ἐκ τῶν γενομένων σκοπεῖν· καὶ γὰρ φιλήμασιν ἠσπάζοντο ἀλλήλους .. καὶ τοῖς κτήνεσιν ἡμῖν παρέβαλον κριθία. καὶ οἱ μὲν ἠρίστων, ἐγὼ δὲ ἐπείνων μὲν κακῶς· ἀλλ' ἐπειδὴ οὔπω τότε κριθὰς ὠμὰς ἠριστήκειν, ἐσκοπούμην ὅτι καὶ καταφάγοιμι. ὁρῶ δὲ κῆπον αὐτοῦ ὀπίσω τῆς αὐλῆς, καὶ εἶχε λάχανα πολλὰ καὶ καλὰ καὶ ῥόδα ὑπὲρ αὐτῶν ἐφαίνετο· κἀγὼ λαθὼν πάντας .. ἔρχομαι ἐπὶ τὸν κῆπον, τοῦτο μὲν ὠμῶν λαχάνων ἐμπλησθησόμενος, τοῦτο δὲ τῶν ῥόδων ἕνεκα· ἐλογιζόμην γὰρ ὅτι δῆθεν φαγὼν τῶν ἀνθέων πάλιν ἄνθρωπος ἔσομαι· εἶτα ἐμβὰς εἰς τὸν κῆπον θριδάκων .. ἐνεπλήσθην, τὰ δὲ ῥόδα .. οὐκ ἦν ῥόδα ἀληθινὰ, τὰ δ' ἦν ἐκ τῆς ἀγρίας δάφνης φυόμενα· ῥοδοδάφνην αὐτὰ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, κακὸν ἄρισον ὄνῳ τούτο παντὶ καὶ ἵππῳ· φασὶ γὰρ τὸν φαγόντα ἀποθνήσκειν αὐτίκα. 18. ἐν τούτῳ ὁ κηπουρὸς αἰσθόμενος καὶ ξύλον ἁρπάσας, εἰσελθὼν εἰς τὸν κῆπον καὶ τὸν πολέμιον ἰδὼν καὶ τῶν λαχάνων τὸν ὄλεθρον .. οὕτω με συνέκοψε τῷ ξύλῳ ... ἐγὼ δὲ .. ἀπολακτίσας ἀμφοτέροις καὶ καταβαλὼν ὕπτιον ἐπὶ τῶν λαχάνων ἔφευγον ἄνω ἐς τὸ ὄρος. ὁ δὲ ἐπειδὴ εἶδε δρόμῳ ἀπιόντα, ἀνέκραγε λῦσαι τοὺς κύνας ἐπ' ἐμοί· οἱ δὲ κύνες πολλοί τε ἦσαν καὶ μεγάλοι καὶ ἄρκτοις μάχεσθαι ἱκανοί. ἔγνων ὅτι δὴ διασπάσονταί με οὗτοι λαβόντες· καὶ ὀλίγον ἐκπεριελθὼν ἔκρινα τοῦτο δή τὸ τοῦ λόγου „παλινδρομῆσαι μᾶλλον ἢ κακῶς δραμεῖν". ὀπίσω οὖν ἀπῄειν καὶ εἴσειμι αὖθις εἰς τὴν ἔπαυλιν. οἱ δὲ τοὺς μὲν κύνας δρόμῳ ἐπιφερομένους ἐδέξαντο καὶ κατέδησαν, ἐμὲ δὲ παίοντες οὐ πρότερον ἀφῆκαν πρὶν ἢ ὑπὸ τῆς ὀδύνης πάντα τὰ λάχανα κάτωθεν ἐξεμέσαι. 19. Καὶ μὴν ὅτε ὁδοιπορεῖν ὥρα ἦν, τὰ βαρύτατα τῶν κλεμμάτων καὶ τὰ πλεῖστα ἐμοὶ ἐπέθηκαν· κἀκεῖθεν τότε οὕτως ἐξελαύνομεν. ἐπεὶ δὲ ἀπηγόρευον ἤδη παιόμενός τε καὶ τῷ φορτίῳ ἀχθόμενος καὶ τὰς ὁπλὰς ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐκτετριμμένος, ἔγνων αὐτοῦ καταπεσεῖν καὶ μηδ' ἂν ἀποσφάττωσί με ταῖς πληγαῖς, ἀναστῆναί ποτε, τοῦτο ἐλπίσας μέγα μοι ὄφελος ἔσεσθαι ἐκ τοῦ βουλεύματος· ᾠήθην γὰρ ὅτι πάντως ἡττώμενοι τὰ μὲν ἐμὰ σκεύη διανεμοῦσι τῷ ἵππῳ καὶ τῷ ἡμιόνῳ ἐμὲ δὲ αὐτοῦ ἐάσουσι κεῖσθαι τοῖς λύκοις· ἀλλά τις δαίμων βάσκανος συνεὶς τῶν ἐμῶν βουλευμάτων ἐς τοὐναντίον με περιήνεγκεν. ὁ γὰρ ἕτερος

dens exitium inter manus latronum offenderem... Tunc igitur a rosis temperavi et .. in asini faciem frena rodebam. Lib. IV cap. I Diem .. circa mediam .. in pago quodam apud notos .. latronibus senes devertimus. Sic enim primus aditus .. et oscula mutua ... asino sentire praestabant ... Iamque nos .. pastui tradidere, nec me .. compascuus coetus attinere potuit adhuc insolitum prandere foenum. Sed plane pone stabulum prospectum hortulum iam fame perditus fidenter invado et .. crudis oleribus ... ventrem sagino .. et prospectabam ... sicubi forte .. reperirem rosarium. Nam et ipsa solitudo iam mihi bonam fiduciam tribuebat, si devius ... inspectante nullo resurgerem. II Ergo igitur .. rosarum color renidebat. Sed .. non illas rosas .. video. Hae arbores in lauri faciem .. foliatae pariunt ... caliculos .. quos .. vulgus indoctum rosas laureas apellunt quarumque cuncto pecori cibus letalis est. II .. Sed dum contanter accedo decerpere, iuvenis .. hortulanus, cuius omnia prorsus olera vastaverам, tanto damno cognito cum grandi baculo furens decurrit arreptumque me totum plagis obtundit usque vitae ipsius periculum, nisi .. ipse mihi tulissem auxilium. Nam .. pedum posterioribus calcibus iactatis in eum crebriter, iam .. mulcato ... iacente, contra proclive montis attigui fuga me liberavi ... Cuncti .. pagani .. statim conclamant canes. Tum igitur procul dubio iam morti proximus, cum viderem canes et numero multos et ursis ac leonibus ad compugnandum idoneos in me convocatos exasperari e re nata capto consilio fugam destino ac me retrorsus celeri gradu rursus in stabulum quo deverteramus recipio. At illi canibus iam aegre cohibitis arreptum me, loro.. caedendo confecissent, nisi dolore plagarum alvus oleribus abundans fimo excusso ... abegissem (t). IV Nec mora cum ... rursum nos ac praecipue me longe gravius onustum producunt illi latrones stabulo. Iamque sarcinae pondere depressus ictibusque fustium fatigatus atque etiam ungulis extritis iam claudus et titubans, .. cogitabam totum memet abiicere certus atque obstinatus nullis verberibus ad ingrediendum exsurgere, imo etiam paratus non fusti tantum sed machaera perfossus occumbere. Rebar enim latrones dorsi mei sarcinam duobus ceteris iumentis distributuros meque lupis et vulturibus praedam relicturos. V Sed tam bellum consilium meum praevertit sors deterrima. Namque ille alius asinus divinato et antecapto meo cogitatu, statim .. offunditur, iacensque in mortuum

*) Loci huius difficultatem iam Wielandius (l. c. p. 227) perspexit, nec desunt apud Apuleium quae ille apud Lucianum desiderat.

ὄνος ἴσως ἐμοὶ τὰ αὐτὰ νοήσας πίπτει ἐν τῇ ὁδῷ. οἱ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ξύλῳ παίοντες ἀναστῆναι τὸν ἄθλιον ἐκέλευον, ὡς δὲ οὐδὲν ὑπήκουε ταῖς πληγαῖς, λαβόντες αὐτὸν οἱ μὲν τῶν ὤτων οἱ δὲ τῆς οὐρᾶς, ἀνεγείρειν ἐπειρῶντο. ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυον, ἔκειτο δὲ ὥσπερ λίθος ἐν τῇ ὁδῷ ἀπηγορευκώς, λογισάμενοι ἐν ἀλλήλοις ὅτι δὴ μάτην πονοῦσι καὶ τὸν χρόνον τῆς φυγῆς ἀναλίσκουσιν ὄνῳ νεκρῷ παρεδρεύοντες, τὰ μὲν σκεύη πάντα ὅσα ἐκόμιζεν ἐκεῖνος διανέμουσιν ἐμοί τε καὶ τῷ ἵππῳ, τὸν δὲ ἄθλιον .. λαβόντες τῷ ξίφει ὑποτέμνουσιν ἐκ τῶν σκελῶν καὶ σπείροντα ἔτι ὠθοῦσιν ἐς τὸν κρημνόν ... 20. ἐγὼ δὲ ὁρῶν ἐν τῷ συνοδοιπόρῳ τῶν ἐμῶν βουλευμάτων τὸ τέλος ἔγνων φέρειν εὐγενῶς τὰ ἐν ποσὶ καὶ προθύμως περιπατεῖν ... καὶ τῶν λῃστῶν δὲ ἤκουον ὡς οὐκ εἴη ἔτι πολὺ τῆς ὁδοῦ λοιπὸν καὶ ὅτι καταμενοῦσιν ἔνθα καταλύσουσι· ὥστε πάντα ταῦτα δρόμῳ ἐκομίζομεν καὶ πρὸ τῆς ἑσπέρας ἤλθομεν εἰς τὰ οἰκεῖα. γραῦς δὲ γυνὴ ἔνδον καθῆστο, καὶ πῦρ πολὺ ἐκαίετο. οἱ δὲ .. ἤροντο τὴν γραῦν, Διὰ τί οὕτω καθέζῃ καὶ οὐ παρασκευάζεις ἄριστον; Ἀλλὰ πάντα, εἶπεν ἡ γραῦς, εὐτρεπῆ ὑμῖν, ἄρτοι πολλοὶ, οἴνου παλαιοῦ πίθοι, καὶ τὰ κρέα δὲ ὑμῖν τὰ ἄγρια σκευάσασα ἔχω. οἱ δὲ τὴν γραῦν ἐπαινέσαντες, ἀποδυσάμενοι ἠλείφοντο πρὸς τὸ πῦρ καὶ λέβητος ἔνδον ὕδωρ θερμὸν ἔχοντος ἀρυσάμενοι ἔνθεν καὶ καταχεάμενοι αὐτοσχεδίῳ τῷ λουτρῷ ἐχρήσαντο. 21. εἶτα ὀλίγῳ ὕστερον ἧκον νεανίσκοι πολλοὶ κομίζοντες πλεῖστα ὅσα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ καὶ ἱμάτια καὶ κόσμον γυναικεῖον καὶ ἀνδρεῖον πολύν. ἐκοινώνουν δὲ οὗτοι ἀλλήλοις καὶ ὁμοίως ἐλούσαντο καὶ οὗτοι. λοιπὸν μετὰ τοῦτο ἦν ἄριστον δαψιλὲς καὶ λόγος πολὺς ἐν τῷ συμποσίῳ τῶν ἀνδροφόνων. ἡ δὲ γραῦς ἐμοὶ καὶ τῷ ἵππῳ κριθὰς παρέθηκεν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν σπουδῇ τὰς κριθὰς κατέπινε δεδιώς, οἷα εἰκός, ἐμὲ τὸν συνάριστον. ἐγὼ δὲ ἐπειδὰν ἴδοιμι τὴν γραῦν ἐξιοῦσαν τῶν ἔνδον ἄρτων ἤσθιον. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πάντες ἔξω ἐπὶ τὸ ἔργον ἀπῄεσαν ... 22. Τρισὶν δὲ ὕστερον ἡμέραις ἀναστρέφουσιν οἱ λῃσταὶ χρυσίον μὲν οὐδὲ ἀργύριον οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν κομίζοντες, μόνην δὲ παρθένον ὡραίαν, σφόδρα καλὴν, κλάουσαν καὶ κατεσπαραγμένην τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν κόμην· καὶ καταθέμενοι αὐτὴν ἔνδον ἐπὶ τῶν στιβάδων θαρρεῖν ἐκέλευον ... ἡ δὲ παῖς οὔτε ἐμφαγεῖν τι ἤθελεν οὔτε πιεῖν, ἀλλὰ πάντα ἔκλαε καὶ τὴν κόμην τὴν αὑτῆς ἐσπάραττεν. ὥστε καὶ αὐτὸς ... συνέκλαον ἐκείνῃ. οἱ δὲ *) .. κἀμὲ καὶ τὸν ἵππον ἐπισάξαντες ἤλαυνον. ἐγὼ δὲ ...

non fustibus non stimulis ac ne cauda et auribus cruribusque quidem undique versum elevatis tentavit exsurgere, quoad tandem postumae spei fatigati secumque collocuti, ne tamdiu mortuo, imo vero lapideo asino servientes fugam morarentur, sarcinis eius mihi equoque distributis, destricto gladio poplites eius totos amputant. Ac in vallem proximam etiamnunc spirantem praecipitant. Tunc ego miseri commilitonis fortunam cogitans statui iam dolis abiectis et fraudibus asinum me bonae frugi dominis exhibere. Nam et secum eos animadverteram colloquentes quod in proximo nobis esset habenda mansio et totius viae finis quieta eorumque esset sedes illa et habitatio. — denique pervenimus ad locum destinatum .. Ibi cum singuli derepsissent. VII . . . anum quamdam curvatam gravi senio . . . sic infesti compellant: Etiamne, tu, . . sic nobis otiose domi residens lusitabis nec nostris tam magnis laboribus solatium .. de tam sera refectione tribues? . . . ad haec . . . anus: At vobis . . . affatim cuncta . . . percocta pulmenta praesto sunt, panis numerosus, vinum calicibus immissum et ex more calida tumultuario lavacro vestro praeparata. In fine huius sermonis statim se devestiunt et flammae largissimae vapore recreati calidaque perfusi et oleo peruncti mensas .. accumbunt. VIII. Commodum cubuerant: et ecce quidem longe plures numero iuvenes adveniunt alii, et ipsi praedas aureorum argentariorumque nummorum ac vasculorum vestisque sericae et intextae filis aureis invehebant. Hi simili lavacro refoti inter toros sociorum sese reponunt. . . . Estur ac potatur incondite . . . XXII .. Et nobis anus illa recens ordeum affatim .. largita est, ut equus quidem meus tanta copia et quidem solus potitus, salias se coenare crederet. Ego .. rimatus angulum quo panis reliquiae totius multitudinis congestae fuerant, fauces . . exerceo. Et ecce nocte promota latrones expergiti castra commovent . . . XXIII . . . latrones . . . remeant nullam quidem prorsus sarcinam vel omnino, licet vilem, laciniam ferentes sed . . . unicam virginem, . . puellam me hercules et asino concupiscendam moerentem et crines cum sua veste lacerantem advehebant. Eam intra speluncam . . sic adloquuntur: Tu quidem salutis et pudicitiae secura [brevem patientiam nostro compendio tribue . . .] . . . XXIV .. Nec tamen puella quivit ab inceptis fletibus avocari . . . sed altius eiulans . . . mihi etiam lacrimas excussit. Lib. VI. cap. XXV . . . . me et equum vectores rerum illarum futuros . . . producunt [et perdu-

*) (In sequentibus Apulei. discrepans a Luc. narrat rediisse ex certamine latrones eorumque aliquos rursum exiisse ad arcessendas praedas.)

ἐπαιόμην τῷ ξύλῳ, ἐπειγομένων αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ ἥκομεν εἰς τὴν ὁδὸν ... αὐτὸν ... ἀπέκτειναν καὶ ὅσα ἦν τιμιώτατα ἐξελόντες τῷ ἵππῳ καμοὶ ἐπέθηκαν ... ἔπειτα ἤλαυνον ἡμᾶς οὕτως ὀπίσω κἀγὼ ἐπειγόμενος καὶ τῷ ξύλῳ τυπτόμενος κρούω τὴν ὁπλὴν περὶ πέτραν ὀξεῖαν καί μοι ἀπὸ τῆς πληγῆς γίνεται τραῦμα ἀλγεινὸν καὶ χωλεύων ἔνθεν τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοῦ ἐβάδιζον. οἱ δὲ πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, Τί γὰρ ἡμῖν δοκεῖ τρέφειν τὸν ὄνον τοῦτον πάντα καταπίπτοντα; ῥίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ οἰωνὸν οὐκ ἀγαθόν ... ἐγὼ δὲ ἀκούων ταῦτα τῷ τραύματι λοιπὸν ὡς ἀλλοτρίῳ ἐπέβαινον· ὁ γὰρ τοῦ θανάτου με φόβος ἀναίσθητον τῆς ὀδύνης ἔθηκεν. 23. Ἐπεὶ δὲ ἤλθομεν εἴσω ἔνθα κατελύομεν, τὰ μὲν σκεύη τῶν ἡμετέρων ὤμων ἀφελόντες εὖ κατέθηκαν ... καὶ ... ἀπῄεσαν .. κἀγὼ τότε πρὸς ἐμαυτόν εἶπον, Ἄθλιε, τί μένεις ἔτι ἐνταῦθα; γῦπές σε καὶ γυπῶν τέκνα δειπνήσουσιν, οὐκ ἀκούεις οἷα περὶ σοῦ ἐβουλεύσαντο; θέλεις τῷ κρημνῷ περιπεσεῖν; ... οἱ δὲ οἴχονται ἀπιόντες· φυγῇ σῶζε σαυτὸν ἀπὸ δεσποτῶν ἀνδροφόνων. ταῦτα πρὸς ἐμαυτὸν ἐννοούμενος ὁρῶ ὅτι οὐδὲ προσεδεδέμην οὐδενὶ, ἀλλά με ὁ σύρων ἐν ταῖς ὁδοῖς ἱμὰς παρεκρέματο ... .. καὶ δρόμῳ ἐξιὼν ἀπῄειν· ἡ δὲ γραῦς ἐπεὶ εἶδεν ἀποδιδράσκειν ἕτοιμον, λαμβάνεταί με ἐκ τῆς οὐρᾶς καὶ εἴχετο. ἐγὼ δὲ ἄξιον κρημνοῦ καὶ θανάτων ἄλλων εἰπὼν εἶναι τὸ ὑπὸ γραίας ἁλῶναι ἔσυρον αὐτήν, ἡ δὲ μάλ᾽ ἀνέκραγεν ἔνδοθεν τὴν παρθένον τὴν αἰχμάλωτον. ἡ δὲ προελθοῦσα καὶ ἰδοῦσα γραῦν Δίρκην ἐξ ὄνου ἠμμένην, τολμᾷ τόλμημα γενναῖον καὶ ἄξιον ἀπονενοημένου νεανίσκου· ἀναπηδᾷ γὰρ εἰς ἐμὲ καὶ ἐπικαθίσασά μοι ἤλαυνε· κἀγὼ τῷ τε ἔρωτι τῆς φυγῆς καὶ τῇ τῆς κόρης σπουδῇ ἔφυγον ἵππου δρόμῳ· ἡ δὲ γραῦς ὀπίσω ἀπελέλειπτο. ἡ δὲ παρθένος τοῖς μὲν θεοῖς ηὔχετο σῶσαι αὐτὴν τῇ φυγῇ· πρὸς δὲ ἐμὲ, Ἤν με, ἔφη, κομίσῃς πρὸς τὸν πατέρα ... ἐλεύθερον μέν σε .. ἀφήσω, κριθῶν δὲ μέδιμνος ἔσται σοι ἐφ᾽ ἑκάστης ἡμέρας τὸ ἄριστον ... 24. ἐπεὶ δὲ ἥκομεν ἔνθα ἐσχίζετο τριπλῆ ὁδός, οἱ πολέμιοι ἡμᾶς καταλαμβάνουσιν ἀναστρέφοντες καὶ πόῤῥωθεν εὐθὺς πρὸς τὴν σελήνην ἔγνωσαν τοὺς δυστυχεῖς αἰχμαλώτους καὶ προσδραμόντες λαμβάνονταί μου καὶ λέγουσιν, Ὦ καλὴ κἀγαθὴ σὺ παρθένος, ποῖ βαδίζεις ἀωρίᾳ ταλαίπωρε; οὐδὲ τὰ δαιμόνια δέδοικας; ἀλλὰ δεῦρο ἴθι πρὸς ἡμᾶς, ἡμεῖς σε τοῖς οἰκείοις ἀποδώσομεν, σαρδώνιον γελῶντες ἔλεγον, κἀμὲ ἀποστρέψαντες εἷλκον ὀπίσω. κἀγὼ περὶ τοῦ ποδὸς καὶ τοῦ τραύματος ἀναμνησθεὶς ἐχώλευον· οἱ δὲ, Νῦν, ἔφασαν, χωλὸς ὅτε ἀποδιδράσκων ἑάλωκας; ἀλλ᾽ ὅτε φεύγειν ἐδόκει σοι, ὑγιαίνων (καὶ?) ἵππου ὠκύτερος καὶ πετει-

cunt ad quampiam speluncam . . .] unde multis onustus rebus rursum . . . tanta trepidatione festinabant, ut me plagis multis obtundentes propellentesque super lapidem propter viam positum deiicerent. Unde crure dextro et ungula sinistra me debilitatum aegre ad exsurgendem compellunt. XXVI Et unus: Quousque, inquit istum asellum, nunc etiam claudum frustra pascemus? .. Alius . . . certe ego . . . inquit, protinus eum vulturiis gratissimum pabulum futurum praecipitabo. Dum secum mitissimi homines altercantur de mea nece, iam et domum perveneramus. Nam timor ungulas mihi alas fecerat. Tum quae ferebamus amoliti properiter . . . recurrunt . . . et ipse mecum: Quid stas, o Luci, vel quid iam novissimum exspectas? Mors et haec acerbissima decreto latronum tibi comparata est . . . Vides istas rupinas proximas quae te, antequam decideris, membratim dissipabunt . . . Habes summam opportunitatem fugae, dum latrones absunt . . . XXVII Et . . . lorum quo fueram destinatus abrumpo meque . . . cursu abripio. Nec tamen . . . anus . . . oculos effugere potui. Nam ubi me conspexit absolutum . . . lorum prehendit ac me reducere . . . contendit . . sed incussis in eam . . . calcibus . . . adplodo terrae. At illa .. prostrata . . . occipit . . . clamosis ululatibus auxilium implorare. Sed .. virgo captiva, quae . . . videt non tauro sed asino dependentem Dircen aniculam sumtaque constantia virili facinus audet pulcherrimum. Extorto enim loro manibus eius me inscendit et sic ad cursum rursum incitat. XXVIII Ego simul voluntariae fugae voto et liberandae virginis studio equestri celeritate .. solum .. replaudens . . . adhinnire tentabam. Tunc illa . . .: Vos, inquit, Superi . . . opem facite. Tuque si me domum pervexeris . . . te . . . quotidie saginabo. XXIX . . . Dum haec . . . puella, pervenimus ad quoddam trivium . . . Sic nos . . . deprehendunt ipsi latrones, et ad lunae splendorem iam inde longius cognitos risu maligno salutant. XXV Et unus . . .: Quorsum istam festinanti vestigio lucubratis viam nec noctis intempestae Manes Larvasque formidatis? At tu, probissima puella, parentes tuos intervisere properabas? Sed nos et solitudini tuae praesidium praestabimus et ad parentes tuos iter monstrabimus. Et unus . . . retrorsum me circumtorquet nec baculi nodosi . . . ictibus temperat. Tunc . . . reminiscor doloris ungulae et occipio claudicare. Sed ecce, inquit ille, rursum titubas et vacillas? . . . At paullo ante pinnatam Pegasi vincebas

νὸς ἦσθα. τοῖς δὲ λόγοις τούτοις τὸ ξύλον εἵπετο, καὶ ἤδη ἕλκος τῷ μηρῷ εἶχον νουθετούμενος. ἐπεὶ δὲ εἴσω πάλιν ἀνεστρέψαμεν, τὴν μὲν γραῦν εὕρομεν ἐκ τῆς πέτρας κρεμαμένην ἐν καλωδίῳ· δείσασα γάρ, οἷον εἰκὸς, τοὺς δεσπότας ἐπὶ τῇ τῆς παρθένου φυγῇ κρημνᾷ ἑαυτὴν σφίγξασα ἐκ τοῦ τραχήλου. οἱ δὲ . . τὴν μὲν ἀπολύσαντες ἐς τὸν κρημνὸν κάτω ἀφῆκαν ὡς ἦν ἐν τῷ δεσμῷ, τὴν δὲ παρθένον ἔνδον κατέδησαν, εἶτα ἐδείπνουν, καὶ πότος ἦν μακρός. 25. κἀν τούτῳ ἤδη περὶ τῆς κόρης διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους· . . . καί τις εἶπεν, Οἶδα ὅτι ἐπαινέσεσθε τὸ ἀρχιτεκτόνημα. τὸν ὄνον δεῖ ἀπολέσθαι ὀκνηρὸν ὄντα, νῦν δὲ καὶ χωλὸν εἶναι ψευδόμενον, καὶ μὴν καὶ τῆς φυγῆς τῆς παρθένου γενόμενον ὑπηρέτην καὶ διάκονον· τοῦτον οὖν ἕωθεν ἀποσφάξαντες ἀνατέμωμεν ἐκ τῆς γαστρὸς καὶ τὰ μὲν ἔγκατα πάντα ἔξω βάλωμεν, τὴν δὲ ἀγαθὴν ταύτην παρθένον τῷ ὄνῳ ἐγκατοικίσωμεν, τὴν μὲν κεφαλὴν ἔξω τοῦ ὄνου πρόχειρον, . . . τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἔνδον κρυπτόμενον, ὡς ἂν αὐτὴν κατακειμένην . . . ῥίψωμεν ἔξω ἄμφω ταῦτα τοῖς γυψὶ . . σκοπεῖτε δὲ τῆς βασάνου τὸ δεινόν, πρῶτον μὲν τὸ νεκρῷ ὄνῳ συνοικεῖν, εἶτα θέρους ὥρᾳ θερμοτάτῳ ἡλίῳ ἐν κτήνει καθεψεῖσθαι καὶ λιμῷ ἀεὶ κτείνοντι ἀποθνήσκειν καὶ μηδὲ ἑαυτὴν ἀποπνῖξαι ἔχειν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλ' ὅσα πείσεται σηπομένου τοῦ ὄνου τῇ τε ὀδμῇ καὶ τοῖς σκώληξι πεφυρμένη ἐῶ λέγειν. τέλος δὲ οἱ γῦπες διὰ τοῦ ὄνου παρεισιόντες εἴσω καὶ ταύτην ὡς ἐκεῖνον ἴσως ζῶσαν διασπάσονται. 26. πάντες ἀνεβόησαν . . . τούτῳ εὑρήματι. ἐγὼ δὲ ἀνέστενον ἑαυτὸν ὡς ἀποσφαγησόμενος . . ὄρθρος δὲ ἦν ἔτι καὶ ἐξαίφνης ὁ τὴν κόρην μεμνηστευμένος παραλαβὼν . . . τὴν παρθένον καὶ καθίσας ἐπ' ἐμὲ οὕτως ἦγεν οἴκαδε. οἱ δὲ κωμῆται ὡς εἶδον ἡμᾶς ἔτι πόρρωθεν, ἔγνωσαν εὐτυχοῦντας, εὐαγγέλιον αὐτοῖς ἐμοῦ προογκησαμένου, καὶ προσδραμόντες ἠσπάζοντο καὶ ἦγον ἔσω. 27. ἡ δὲ παρθένος πολὺν λόγον εἶχεν ἐμοῦ δίκαιον ποιοῦσα τοῦ συναιχμαλώτου συναποδράσαντος καὶ τὸν κοινὸν αὐτῇ ἐκεῖνον θάνατον συγκινδυνεύσαντος. καί μοι παρὰ τῆς κεκτημένης ἄριστον παρέκειτο μέδιμνος κριθῶν καὶ χόρτος ὅσος καὶ καμήλῳ ἱκανός· ἐγὼ δὲ τότε μάλιστα κατηρώμην τὴν Παλαίστραν ὡς ὄνον με καὶ οὐ κύνα τῇ τέχνῃ μεταθεῖσαν· ἑώρων γὰρ τοὺς κύνας εἰς τοὐπτανεῖον παρεισιόντας καὶ λαφύσσοντας πολλὰ καὶ ὅσα ἐν γάμοις πλουσίων νυμφίων. ἡμέραις δὲ ὕστερον . . . οὐ πολλαῖς ἐπειδὴ χάριν μοι ἡ δέσποινα ἔφη ἔχειν παρὰ τῷ πατρὶ . . ὁ πατὴρ ἐκέλευσεν ἐλεύθερον ἀφιέναι ὑπαίθριον καὶ σὺν ταῖς ἀγελαίαις ἵπποις νέμεσθαι. καὶ γὰρ ὡς ἐλεύθερος, ἔφη, ζήσεται ἐν ἡδονῇ καὶ ταῖς ἵπ-

celeritatem. Dum sic mecum, fustem quatiens . . . iocatur . . , iam domus eorum extremam loricam perveneramus. Et ecce de quodam ramo . . . induta laqueum anus illa pendebat. Quam quidem detractam protinus cum suo sibi funiculo devinctam dedere praecipitem, puellaque statim distenta vinculis, coenam . . . . ferinis invadunt animis. XXXI Ac . . . iam incipiunt de nostra poena secum considerare . . . Tunc unus . . . sic orsus est . . . Nec vos memoria deseruit . . . quid iam dudum decreveritis de isto asino semper pigro quidem sed manducone summo, nunc etiam mendaci fictae debilitatis et virginalis fugae sequestro ministroque. Hunc igitur jugulare crastino placeat totisque vacuefacto praecordiis, per medium alvum nudam virginem, . . . insuere, ut sola facie praeminente ceterum corpus puellae nexu ferino coerceat, tunc super aliquod saxum scruposum . . . asinum exponere, et solis ardentis vaporibus tradere. XXXII Sic enim cuncta . . . . . . ambo sustinebunt, et mortem asinus quam pridem meruit et illa morsus ferarum, cum vermes membra laniabunt, et ignis flagrantiam, cum sol nimiis caloribus inflammarit uterum; et patibuli cruciatum, cum canes et vultures protrahent viscera. Sed et ceteras eius aerumnas et tormenta numerate. Mortuae bestiae ipsa vivens ventrem habitabit, tum foetore nimio nares aestuet, inediae diutinae letali fame tabescet, nec suis saltem liberis manibus mortem sibi fabricare poterit. Talibus dictis totis animis latrones in eius vadunt sententiam. Quam meis auribus accipiens quid aliud quam meum crastinum deflebam cadaver? Lib. VII cap. I Ut primum . . dies inalbebat . . . XII . . . . . (Juvenis) . . . imposita dorso meo puella dirigit gressum ad suam patriam. XIII Quam simul accessimus tota civitas ad votivum conspectum effunditur. Procurrunt parentes, affines . . . Denique ipse . . . rudivi fortiter, immo tonanti clamore personui . . XIV Exin memet sospitatorem nuncupatum matrona prolixe curitabat ipsoque nuptiarum die praesepium meum hordeo passim repleri iubet foenumque camelo . . . sufficiens apponi. Sed quas ego condignas Fotidi diras devotiones imprecer *), quae me formavit non canem sed asinum, quippe quum viderem largissimae coenae reliquiis rapinisque canes omnes inescatos atque distentos. Post noctem unicam . . . recens nupta gratias summas apud suos parentes

*) l. imprecarer.

